

proinde subditur i^o Crescite, & multiplicamini. At iudicem Vasquez, & Sanchez hunc modum impugnant; dicentes, quod si subsisteret in rigore, dari posset matrimonium verum inter fratres & Sorores, inter Parentes, & filios, inter Religiosos quoque; quia inter illos esse potest societas in charitate ad perpetuam cohabitationem. Præterea dicit Apostolus 1. ad Corinth. cap. 7. *Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir; similiter vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier;* ergo finis primarius matrimonii est prolixi procreatio. Denique ideo matrimonialis contractus est indissolubilis, quia est in ordine ad prolem educandam: ergo pariter matrimonium principaliter conseruatur ad prolem procreandam. Senes autem ideo nubere possunt, quia per accidentem est, quod prolem procreare non possint. Docent Doctores apud Sanchez citato loco disp. 92.

Decimo. Alii explicant, quod B. Virgo matrimonium contraxerit cum mutuo pacto servandi votum castitatis, adeo ut facultas petendi debitum esset perpetuo impedita, sicut per usumfructum perpetuum facultas utendi re data in usumfructum est perpetuo impedita in Domino directo. Tribuitur haec via Vasquez 3. par. disp. 125. Et a Viva duplicitate intelligitur; primo scilicet, quod si votum dispensetur, & contrastus in contractu matrimoniali subinseritus de non petendo debito rescindatur, matrimonium sit nullum; secundo, quod si votum dispensetur, & contrastus subinseritus de non petendo debito rescindatur, matrimonium perseveret, & tunc detur facultas expedita ad petendum debitum: subdens, quod juxta primum sensum via haec non subsistit, quia facultas, quae nunquam potest esse expedita, est nulla. Et ideo concludit Viva, quod Vasqui mentem, juxta secundum sensum interpretatur Dicastillo disp. 5. nu. 154., & in hoc eodem sensu illam docent Paludanus, Henricus Gandavensis, Gerson, Abulensis, & alii apud Suarium 3. par. disp. 6. Rebellus, Perez, Pontius, & alii.

Undecimo. Alii docent, Deiparam Virginem, antequam Josepho nubaret, per certam revelationem didicisse, Josephum tradita sibi in corpus ipsius potestare nunquam usursum, & nunquam debitum petiturum, vel quia ipsemet Josephus Virginitatis votum nuncupatus esset, vel quia Deus mentem ipsemet Josephus esset

aversurus à debito petendo. Unde divina revelatione certior facta B. Virgo, consensit, quando matrimonium cum B. Joseph celebravit in traditionem juris ad copulam conjugalem, quod satis fuit ad matrimonii substantiam, non vero consensit in usum juris illius, quem sibi interdixerat per virginitatis votum, & quem noverat certissime nunquam sequiturum. Unde concludunt, quod jus, atque dominium in alterius corpus ex vi matrimonii uterque habuerunt; at usum hujusmodi juris atque dominii ex vi voti non habuerunt. Refert hanc viam Serry exercit. 23. nu. 3. canque dicit plerisque Theologis placuisse. Revera eam docuit S. Thomas, citatus a Graveson, & post ipsum Cornelius a Lapide in c. I. Matthei, ipsem Graveson, Bavarus in vita S. Joseph, alii que multi.

Dicimus I. Rite, ac legitime B. Virginem cum S. Joseph matrimonium iniunxit, etiam supposito virginitatis voto, ob hoc, quod ob rationem matrimonii ambo habuerunt jus, atque dominium in alterius corpus, & quod ob rationem voti non habuerunt usum illius juris, atque dominii.

I. Probatur exemplo S. Cecilia, quæ protæ ab Angelo, qui erat suæ virginitatis custos, citra periculum virginitatis amittenda, Valeriano nupsit; quia certe sciebat, quod Angelus aut avocaret Valerianum a debito petendo, aut quocunque alio modo conjugalem congressum impediret; & hoc ipsi fideliter cessit: ergo pariter B. Virgo per divinam revelationem discere poterat, quod Cecilia per Angelum didicit, scilicet B. Joseph per virginitatis votum conjugale debitum nunquam ab ipsa petiturum; & ob hoc sic fuit verum matrimonium inter Ceciliam, & Valerianum, quanvis Cecilia antecedenter virginitatis votum emissee; ita pariter verum, ac legitimum fuit matrimonium inter B. Virginem, ac S. Joseph initum, quanvis B. Virgo antecedenter virginitatis votum nuncupasset.

II. Probatur. Usus juris, vel dominii in aliqua re est separabilis a jure, & ipso domino, adeo ut possit in aliquo esse jus, atque dominium absque eo quod sit usus; sed matrimonium consistit in jure, atque dominio corporum, non vero in usu, & virginitas consistit in abdicatione usus: ergo rite, ac legitime in B. Virgine, ac in S. Joseph potuit stare matrimonium, ob rationem juris, ac dominii in corpora, & potuit stare virginitatis votum ob abdicatione.